



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 4. An sit idololatria credere dæmoni, aut eum interrogare, si loquatur
ex obsesso.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

recte tamen addit illam solam calcationem Crucis esse peccatum, quæ sit animo injuriandi aut irreverenter tractandi, de cetero passim videntur cruces sculptæ in ære vel lapide, quas sine scrupulo omnes prudentes calcant.

24 Quæst. 4. *An sit Idololatria credere dæmoni, aut eum interrogare, si loquatur in obsesso.* R. §. 1. Propriè non est Idololatria, ad eam tamen reducitur, si credatur dæmoni suâ sponte aliquid dicenti, quia sic mendaciorum pater plus honoratur, quam mereatur, ob revelationem rei naturaliter incognitæ, quæ revelatio à solo Deo petenda eset. *Dixi, suâ sponte dicenti,* quia si dicat aliquid coactus vi exorcismi, credi potest, quia Deus non potest cogere ad mendacium: attamen non facilè ei fides indubitata est adhibenda, quia incertum est, an fiat vi exorcismi, ita *Leß.* in *Auct. V. Magia.* c. 6.

25 §. 2. Haberi potest ratio aliqua eorum, quæ dæmon ex obsesso dicit, non ut ideo credatur vel feratur sententia, sed ut inquiratur vel caveatur; & sic potest quis fodere, si dicat alicubi esse thesaurum, ita *Leß.* suprà. Quod si dicat aliquem esse maleficum, recte docet *Gob.* T. II. n. 794. Si defint alia indicia, non ideo licere apprehendere accusatum; multò minus ei credendum erit, si dicat se à Deo missum ad populi instructionem, ut qui non credunt Concionatoribus & Parochis, saltem credant diabolo, idque esse extrellum remedium, quo Deus utitur ad conversionem hominum, nam hoc prorsus vanum est, & fraus dæmonis volentis errores cum vera doctrina insinuare, ut probat *Ibidem Leßius.*

26 §. 3. Veniale tantum est, si quis ex levitate vel curiositate dæmonem in obsesso loquentem uno aut altero verbo imperativè interroget rem vanam

vanam & inutilem , dummodo non fiat animo
descendi aliquid ab ipso, nam hoc esset exspectare
beneficium, & communicare cum illo : nec firma
fides adhibenda est , nam sic valde honoraretur
dæmon, ita cum multis, quos refert, *Sanch.* h̄c L.2.
c. 42. ubi latè tradit, quid liceat interrogare vel
facere illi, qui exorcizat dæmonem in obsesso ;
de quo etiam videri potest *Tamb.* L. 3. c. 8. §. 2. &
præcipuè *Leß.* suprà cas. 4.5.6. ubi dicit licitum esse
personam aliunde accusatam vel infamatam sistere
coram dæmone in obsesso, ut si velit, eam con-
frontet ac convincat de criminе : vide tamen
dicenda infrà n. 44. nam in hoc videtur esse
aliqua communicatio cum dæmone.

D U B I U M IV.

*Quid & quotuplex sit vana observantia,
& unde colligatur.*

R Eſp. I. Ea est superstitione, quā medio aliquo “
improportionato & à Deo non instituto, “
procuratur aliquis effectus, v. g. sanitas, “
ſcientia, &c. *S.Thom.* 2.2. q. 96. a. 1. *Bonac.* & alii. “
Differt autem à divinatione, quod hæc tantum “
ordinetur ad occultorum cognitionem: illa verò “
ad effectum externum. Convenit cum eadem, “
quod utraque nitatur pacto dæmonis , eique “
tribuat perfectionem propriam Dei. Unde “
quæ de divinatione dicta sunt, proportionaliter “
huic accommodari debent.

R. II. Dividitur 1. sicut divinatio, in eam, quæ “
ex pacto expresso cum dæmonе, & in eam quæ “
ex implicito pacto procedit. 2. Dividitur “
communiter in quatuor species. *Prima* dicitur “